

6. *Qui errare non potest, ejus traditiones sunt verae & observanda:*

*Papa Romanus est, qui errare non potest:*

*E. Papa Romanus est, cujus traditiones sunt verae & servanda.*

Resp. pars dubia probatur per totum dubium. Nos dicimus. *Qui praedicat aliquid, quod praeter scripturam sit, illud est anathema.* (חרם excisio, vel ברתן basiliscus, ut Guido in Lexic. Syro. Chald. fol. 76. in Rad. חרם videtur velle explicare.) *Traditiones, quas nobis obtrudunt Pontificii, non scriptas praeter scripturam sunt. E. Traditiones Pontificiorum non scriptae sunt anathema, proindeq; nequaquam sunt recipiendae. Major est Apostoli Gal. 1. v. 8. & 9. Pergimus:*

7. *Quicumq; obtrudunt traditiones non scriptas, sapiunt super id, quod scriptum est.*

*Qui sapiunt super id, quod scriptum est, sunt infideles.*

*Qui sunt infideles, in Ecclesia non sunt audiendi.*

*E. qui*